

publicis, queat procedere; & quando poena imponenda delictis commensuranda est, & aliis pluribus, in eod. tr. & Zerola in verbo, vers. 1. & 2 p. & post Concil. Trid. in d. locis, & aliis, declarationes Cardinalium super his, & Doctores superius relatos, apud quos omnes de difficultatibus materiae tibi satisfacies, quas omitto, quia nostri instituti non est ultra jam dicta.

68 Unum tamen non dissimulabo, quod Episcopo visitanti assenti, se super aliquo casu processisse, seu procedere per visitationem, quando de contrario non apparet, creditur, ut appellatione non faciat attentata, quia hoc perinet ad officium suum, & convenit hac interpretatio subiecta materiae visitationis; ut ita fuit tentatum per Rotam in una Concordien. Decanatus 16. Junii 1570. Quam sequutus Lancel. testatur, de attent. 2. p. c. 12. limit. 18. n. 8. ex qua etiam deducit, ut hoc non solum procedat in his, quae actuali visitatione per ordinarium gesta sunt, verum etiam in iis, quae ratione visitationis, per eum dicerentur fieri, à quibus si appellatur, & appellatione pendente, ad executionem deveniat, non dicitur attentata, & probant etiam d. Trid. decreta, ubi de visitatione aut morum correctione agitur, &c. d. c. 10. & vide etiam supra citatos Authores.

Horum autem morum, quae sub hac fraterna & poenitentiali correctione, & emendatione cadere assolent exempla nonnulla constitutere poteris, bonum exemplum; & scandalum fugiendum, respicientia. Etenim nihil est quod alios magis ad pietatem & Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita & exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt; cum enim à rebus seculi in altiore sublevari locum conspiciantur, in eos tanquam speculum reliqui oculos configunt, ex eisque sumunt, quod imitatur, quapropter sic docet omnino clericos in fortem Domini vocatos, vitam, morisque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus, nihil, nisi grave, moderatum, ac religione plenum praeseferant, levitia etiam delicta (quae in ipsis maxima essent) effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationis motum.

Cum igitur quo majore in Ecclesia Dei & utilitate, & ordinamento haec sunt, ita etiam diligentius sint observanda; statuit sancta Synodus, ut quae aliis à summis Pontificibus & sacris Conciliis de clericorum vita, honestate, cultu doctrinaeque retinenda, ac simul de luxu, comestationibus, choreis, aleis, lulis, ac quibuscumque criminibus, vel secularibus negotiis fugiendis, copiose ac salubriter sancita fuerunt, eadem in posterum iisdem poenis, vel majoribus, arbitrio ordinarii imponendis, observentur, nec appellatio executionem hanc, quae ad morum correctionem perinet, suspendat. Si qua vero ex his in desertudinem abiisse comperierint, ea quamprimum in ufum revocari, & ab omnibus accuratè custodiri, studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscumque, ne subditorum neglecte emendationis ipsi condignas Deo vindice, poenas persolvant: ita decrevit sacrosanctum Trid. Concilium 22. de reform. c. 1. Alia etiam exempla apud Doctores relatos invenies, & posui in unum compilata.

70 Et illud obiter notandum; quod quando est appellatio permilla à correctione, seu visitatione, puta, propter excessum (ut supra diximus) debet exprimi causa gravaminis, siue agatur in iudicio, siue extra iudicium, siue ante sententiam, siue post sententiam, Scaccia in tract. appell. q. 17. limit. 36. n. 13. Philipp. Franc. in c. ad nostram 3. sub num. 3. & q. de appellat. illam reddentes rationem: quia quando jus resistit appellationi nisi in certo casu speciali, tunc appellans debet illum exprimere casum, ut sic appareat, appellatum esse in casu permisso, cui regula non resistit.

CAPUT XVI.

A sequestro, ejusque relaxatione, siue etiam à deposito, vel ejus remotione, appellationi interpositae an non deferens vim iudex faciat.

SUMMARIUM.

- 1 Sequestrationis decretum est interlocutoriae.
2 Sequestratio regulariter est prohibita.
3 Sequestro regulariter recipit appellationem, etiam absque causa expressione.
4 Gravamen si constat juris praesumptione, seu allegatione juris appellationem requirit aliam causae expressionem.
5 Sententia ubi demonstrat causam jure reprobam, aliam appellat non tenetur exprime, cum illa notorie constat.
6 Actus contra legem prohibentem est nullus ipso jure.
7 Juris resistit efficax est ad prohibendam appellationem.
8 Legitimum dicitur, quod lege probatur, & favor.
9 A sequestro attentati denegata revocatione appellationi deferendum est.
10 A sequestro attentato appellatione pendente licita est.
11 A possessione & fructuum perceptione non debet quis desistere lite pendente.
12 Sequestro quando necessitatur iudex, apponere plures referunt casus, remissive.
13 Sequestro ex justa causa ex officio potest iudex apponere etiam in casibus, quibus denegatur ad instantiam partis.
14 Sequestro apponitur in beneficiis, maxime etiam instante dilapidationis ratione, quando timetur ne fructus possint recuperari.
15 A sequestro non datur appellatio, quando rex apponit jubeat praecipue, non remissive.
16 Clem. 1. de sequest. poss. & fruct. & de ejus materia & intellectu, remissive.
17 A sequestro imponendo vigore d. Clem. 1. de sequ. poss. appellari non licet.
18 Sequestro quando sit apponendum in beneficiis reservatis ab ordinario pro visis.
19 Sequestro apponendum in beneficiis reservatis non suspenditur per appellationem.
20 Sequestro appositum legis praescripto potius ab ipso, quam à iudice appositum censetur, & a legis dispositione non licet appellare.
21 Sequestri remedium dicitur cautio, per quam regulariter cessat.
22 Sequestro non evitatur per cautionem, quando à lege apponitur mandatum, secus quando simpliciter permittitur.
23 Gravamen legis non est gravamen, à quo non appellatur.
24 Sequestro ex Clem. 1. de sequest. poss. non recipit appellationem, quia à lege non iudice juris executorio impositum intelligitur.
25 Sequestro ubi permittitur, iudicis arbitrio appellationem admittit.
26 Sequestri mandatum ob periculum fugae debitoris non suspenditur per appellationem.
27 Periculum ubi est in mora, appellatio non suspenditur.
28 Periculum quando est in mora, receditur à juris regulis.
29 Sequestri decretum requirit partis citationem, & causae cognitionem.
30 Sequestro revocatur de facto, si ex obruto fuit appositum.
31 Sequestro ubi apponitur ob periculum in mora, citatio non est necessaria, nec juris solemnitates.
32 Sequestro ob periculum postum sine citatione, non potest revocari, & relaxari absque eis

- 33 Sequestro appositum propter scandalum, & rixam vitandum non recipit appellationem, nec per eam suspenditur.
34 Ob sequestro possessio non amittitur, sed retinetur.
35 Sequestrarius ex consensu partium possidet, datus autem à iudice nullatenus.
36 Sequester depositarius aut conductor ad longum seu modicum tempus, an & quando possit presentare.
37 Sequestrata rei aut beneficii fructus reservantur vincenti in fine litis.
38 Damnum magnum non est in mora modici temporis.
39 Sequestratis fructibus non sequestratur possessio, quae per alios actus potest continuari.
40 Descriptio bonorum non suspenditur per appellationem, & ad quem effectum fiat.
41 Descriptio bonorum nemini praesudicium facit, & sic facile fit.
42 Descriptio bonorum permittitur, etiam quando sequestro prohibetur.
43 Descriptio, per quam bona incorporantur fisco, non permittitur lite pendente, sicut de descriptione ad probandum, & liquidandum.
44 Descriptio bonorum contra delinquentes hodie non est in usu.
45 Actus qui licite geri possunt lite pendente, possunt & post appellationem.
46 Descriptio bonorum permittitur appellatione pendente, ut facilius fiat executio, & probatio fructuum.
47 Descriptio bonorum non auferit possessori liberam eorum, & fructuum dispositionem, cum solum tendat ad probationem & liquidationem.
48 Descriptio bonorum debet fieri, ubi est periculum dilapidationis & subtractionis, etiam ubi sit prohibita sequestratio.
49 Sequestri restituendi sententia non recipit appellationem.
50 Sequestri reddendi decretum est interlocutoria merè.
51 Sequestro relaxatur, & tollitur statim, quod aliquis possessor declarat.
52 A deposito facto per iudicem appellationi non deferens an vis fiat.
53 Depositum, & sequestro idem & promiscue usurpantur in iure.
54 Sequestro est iudiciale depositum. Inter sequestro iudiciale & depositum extrajudiciale quae sit differentia, ibid. remissive.
55 Sequester in omnibus depositario equiparatur.
56 Sequester ad restitutionem sequestri actione depositi tenetur.
57 A sequestri, aut depositi denegata revocatione appellationi an sit deferendum.
58 Distinguitur.
59 A sequestri revocatione legitime facti licita est appellatio.
60 Secus ubi nulliter factum sit.
61 Prohibetur quid, cum prohibentur omnia, per quae pervenit ad illud.
62 Solemnitas requisita actui construendo, eadem requiritur et destruendo.
63 Sequestri revocatio non suspenditur per appellationem quando cessat causa sequestri, aut depositi.
64 Sequestro appositum juris dispositione, non finitur nisi per sententiam transactam in rem iudicatam.
65 Sequestro ut tollatur, requiritur sententiae executio, cum aliter litis non dicatur finita.
66 Et quid quando sequestro apponitur iudicis officio, & ejus arbitrio.
67 Sequestri loco data cautio de re non baracanda, & restituenda, durat post rem iudicatam.
68 Sequestrarius semel electus non potest removeri, nisi ex nova causa.
69 Depositarius minus suscepti sequestri non potest depone- nere, nisi jussu iudicis, aut alia justa causa superveniente.

- 70 A sequestro compulsio ad depositi redditionem, appellationi an sit deferendum.
71 Verbum compelli, aut cogi, ad executionem pertinet.
72 Depositii causa est privilegiata & celeris solutionis.
73 Depositio non verificatur nisi verificetur suppositio.
74 Dispositio supponens non per relationem, disponit etiam in supposito.
75 Compelli dicitur si condemnatio praecedat.
76 Dicitio (illico, quam celestime) non admittit exceptionem requirentem altiore indaginem.
77 Appellatio remouetur etiam per verba equipollentia.
78 Contra depositarium aut sequestro agitur actio ad exhibendum.
79 Dictioni (illico) attribuitur executionis significatio.
80 Dicitio (omnibus modis) importat ipso jure.
81 Depositum confessatum an rejiciat appellationem, si cui depositum verum, & sequ.
82 Depositum confessatum inter easdem partes vim depositi retinet privilegium.
83 Depositarius seu sequester potest appellare, ubi depositarius ipse non apparet.
84 Sequester compulsus ab exequore rei restituendae vincenti in lite an possit appellare, eo quod in sententia non nominetur.
85 Instrumentum factum in iudicio paratam habet executionem.
86 Fideiussio iudicati solvendi purificatur per rem iudicatam, & exequitur etiam non nominatus in sententia.
87 Sequester ad mandatum iudicis tenetur sequestro restituere vincenti.
88 Executio directè fit adversus tertium rei litigiosae possessorem.
89 Sequester & depositarius potest urgeri quandocumque ad rationem reddendam.
90 Sequestri remotione in materia sequestro est restituendum.
91 Depositarius condemnatus etiam non nominatus in executorialibus potest directè ad exequi & compelli.
92 Tertio cui ex obligatione aliquid resultat, competit executio instrumenti.
93 Administrator condemnatus non exhibens rem, in quam executio est facienda, compellitur omnis juris rigore.
94 Depositarius seu sequester compulsus à iudice, ut alteri tertio restituat sequestro, an teneatur appellare.
95 Debitor compulsus solvere minus legitima persona appellare potest.
96 Debitor compulsus solvere minori sine tutoris auctoritate, potest appellare.

Licet verissimum sit, ut sequestratio, seu decretum de sequestrando, merè interlocutoria sit, secundum Bald. in additio. ad Specula. titulo de sequest. poss. & fruct. vers. fin. Bertach. verbo sequestratio ad princip. vers. 2. Philipp. Franc. in cap. cordi 4. limit. de appell. 16. Castad. dec. 5. de sequest. poss. & fruct. n. 1. 2. & 3. & per Rotam Marefcotus var. resol. lib. 2. c. 77. n. 12. Scaccia tr. de appell. q. 17. lim. 6. memb. 2. n. 17. ad fin. & n. 2. ubi allegat Castr. Bar. dec. 71. n. 1. & à qua interlocutoria, regulariter prohibetur appellari, l. 2. ff. de appellat. recipiend. l. ante senten. C. quorum appell. non recip. Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 20. & in reg. 36. cancellariae.

Tamen ex quo sumus in materia prohibitiva, prout sequestratio, quae omni jure Canonico, & Civili prohibita est regulariter, ut in rubro & nigro, C. de prohibita sequestratione pecuniae, l. nimis propter, ff. de execut. rei iud. c. 1. de sequest. poss. & fruct. c. 1. ut lite pend. Francisc. Curtius in tract. de sequestro n. 6. appellationem admittendam, non prohibendam esse regulariter, affirmandum ex statim dicendis, adeo ut nunc procedat absque expressione causae, licet interposita dicatur ab interlocutoria, secundum Bald. in l. minoribus; nu. 8.

vers. sed in appellatione. Philipp. Franc. in d. cap. cordi, 4. limit. quos refert Callador ubi proxime. sub num. 2. rationem reddentes, quia quando constat de gravamine juris presumptione, vel per allegationem juris, ut si iudex mandat sequestrum fieri (quod est regulariter prohibendum) non requiritur causae expressio, ut ex Bald. in d. Lnimis, ubi Paul. Castren. col. 1. in fin. vers. & dicitur hic. n. 7. Philipp. Franc. in c. 1. col. 3. ad medium, vers. 3. limit. n. 7. de appell. in 6. Gratian. discept. forens. 2. tom. c. 232. n. 27. & seqq. Franch. in c. ut debitus q. 11, nu. 22. Cardin. Alexand. sub n. 41. vers. stat ergo regula fallent. 3. de appell. & idem Franch. in c. 1. sub n. 7. eodem tit. Scaccia eod. tracl. q. 4. n. 3. 4. vers. amplia hanc restrictionem, & q. 17. limit. 47. memb. 1. num. 216. sublim. 6. Caesar. Conard. in leg. anic. q. 1. n. 49. vers. si declara. C. si de momentanea poss. Lancel. traclat. de attent. 2. p. c. 12. limit. 1. n. 33. & lim. 53. n. 42. & 43. dicentes quod cum de hoc gravamine constat per allegationem juris, & ejus presumptione (cum regulariter sit sequestratio prohibita) ideo alia gravaminis expressio non est necessaria, cum in re lata aperta, & evidenti supervacua, sit licet aliqui contrarium dicant, ut est videre per Scacciam d. q. 4. d. nu. 34.

Et comprobatur, quia quando ex tenore, forma, & inspectione sententiae verè constat de gravamine, puta quia in ea exprimitur iusta causa, vel reprobata à jure, tunc isto casu notorietas excusat etiam ab onere proponendae causae. Franc. in cap. ut debet q. 10. n. 21. & ibi Card. Alexand. n. 41. fallen. 2. de appell. & ipse Franch. in d. c. 1. sub n. 7. de appell. in 6. Lucas Pat. in pracl. Capitul. lib. 5. lim. 4. Capicicus decif. 1. sub n. 21. & 22. Lancelot. de attent. 2. p. c. 12. limit. 33. n. 40. & 41. Scaccia ubi proxime d. q. 4. n. 34.

Primo probatur, quando lex resistit aliquid fieri prohibendo, si actus sequatur adversus legem prohibentem; est nullus ipso jure; l. non dubium, ibi; ut ea quae fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia sed pro infectis etiam habeantur; & ibi, nullum contractum inter eos videri volumus subsequutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente, & l. jubemus, §. sanè C. de sacrosanct. Eccl. l. prohibitum, C. de jure fisci, licet sententia de sequestrando sit interlocutoria, & propterea non appelletur, imò executionem mereatur: tamen quando nulla est, ipsum privilegium amittit, l. q. 9. condemnatum de re judicata, appellationeque ab ea pendente attentatum exequendo fieret violentia, juxta ea quae exactè dixi infra 3. p. c. 9. à principio.

Deinde, quia sicut resistentia juris apta est, & efficax causae prohibendae & emendatae appellationis, Rota decif. 234. alias 35. de appell. in noviss. Caputaq. d. c. 228. 1. p. n. 2. & per tot. similiter, & à fortiori per contrarium ipsa juris resistentia eam debet admittere, quando scilicet, in favorem appellantis resistit contra factum & gravamen, quia contrarium eadem est disciplina, & ita in simili casu argumentatur Marq. tracl. de commiss. 2. p. c. 22. n. 36. fol. 249. promptior si quidem lex est in appellatione admittenda, quam regulariter & in dubiis semper admittit; quam in prohibenda, maxime quoniam haec talis appellatio juris habet praesumptionem pro se, ut dictum est, & ideo omnimodo licita judicanda erit. Enim verò legitimum id dicitur, quod lex approbatur, & favet legi legitima. ff. de pactis l. 3. §. fin. ff. pro socio. Dec. conf. 258. vol. 2. n. 4. Parlad. l. 2. rerum quotid. c. fin. 5. p. §. 1. n. 3. ubi de simili nostro argumentum facit, ut illa erit legitima admittenda exceptio, quam lex approbat, sicut è converso illegitima, & non admittenda erit illa, quam lex reprobat, & resistit, & aliud simile facit Berthac. post Card. in reperto verbo, sequestratio. vers. 28. quod sicut impediens iustum sequestrum puniunt ex clem. 1. §. 1. de sequest. poss. & sicuti permittitur iniustum impediunt, ac sicuti prohibita est sequestratio, facta à iudice attentante; ita licita est

appellatio à non revocatione ipsius sequestri attentati, late Afflicti decif. 98. pulchrum, n. 1. i. s. q. ad n. 5. Scaccia de appellat. q. 16. lim. 6. memb. 217. fol. 334. Maranta de ordine iud. 6. p. 2. tit. de appell. n. 206. sub 15. limit. Lancel. Robertus de attentat. 2. q. cap. 12. limit. 12. i. princ. & n. 25. ubi solum Cardinalem refert, dicit attentatum esse sequestrationem factam regulariter appellatione pendente, & quod appellatio ab hac interlocutoria de sequestrando licita sit, tenet Hieronym. Gonzal. in regul. de men. & alter. in 7. §. proem. n. 89. Barboza in remis. ad Leg. Lusi. tit. de partit. l. 4. tit. 96. §. 13. fol. 206. Grat. in discept. foren. tom. 1. cap. 232. n. 23.

Prætextum enim liis motæ, non debet quis à sua possessione, & fructuum perceptione desistere, nec ejici. Ita Egid. decif. 701. §. possessor. Lanfran. decif. 447. possidens. Capicicus dec. 72. sub n. 2. Franch. in c. cum tenemur in 1. notab. de appell. Parisius conf. 41. n. 38. lim. 1. Gonz. conf. 75. Bellon. conf. 18. perpenfis. n. 14. & seqq. Menoch. de recuperat. poss. rem. 17. n. 49. q. 17. (ubi nullum ex præallegatis citat.) Bertran. conf. 41. n. 2. 1. p. l. 1. Natta. conf. 60. approbo. n. 13. lib. 3. apud quos ne te allegationum mole gravare velle videamur, alios innumeros invenies, quam & communem esse testatur Castren. conf. 346. forma amplior. col. 1. l. 2. loquens in eo, qui erat in quali possessione eligendi, testatur etiam Probus ad Menoch. in c. 1. ut lit. pendente in 6. à qua nemo discrepare, affirmat Ant. Gabr. commun. opinio. lib. 5. concl. 6. in princ. apud quem alios videbis. Quod pertinet, quod dicimus, lite fore appellatione pendente, omnia esse in suo integro statu debere, continuando suam possessionem, & fructus percipiendo, & legitimam administrationem conservando, prout antea, ut superiori circa quaestionem resistentiae beneficii ante si diximus, à n. 30.

Sed isthæ conclusio aliquot modis declarari convenit; quod licet ita verum sit, ut regulariter prohibita sit sequestratio, aliquibus tamen casibus, vel ex permissione juris, ut quia lex permittit iudici secundum quod sibi necessarium esse videatur, ut tunc possit sequestrum sibi apponere, vel perceptione & mandat præciso juris, ut quia lex statuit, & mandat necessitate, ut aliquo in casu apponatur aliqua sibi iusta & rationabili causa motus, qui casus plures sunt, quorum quatuor meminit gl. in l. 1. C. de prohib. sequestrat. Undecim ponit gl. fin. in c. 2. de sequest. poss. & fruct. eisdem ponit Angel. de Perusio in tracl. de sequestro, ex n. 4. cum §. 9. Sexdecim confert Abb. in d. c. 2. d. n. 7. usque ad nu. 10. quos omnes reducit ad sex, l. 1. tit. 9. n. 3. ut dicit Greg. Lupus ibi gl. 1. Lancel. de attent. 2. p. c. 12. lim. 12. ex n. 19. & viginti & octo casu in uno congestit Jacob. Sahagum primariz Cathedræ Salmanticæ Canonum Professor, & Doctor & Præceptor in repetit. c. de sequest. poss. & fructuum, à num. 26. cum pluribus seq. alios ponit etiam Gonzal. reg. 8. de men. in §. proemiali à num. 21. & de materia tractantes extra Doctores omnes supradictos, & communiter in c. examinata de judiciis, & in Litteris puto, ff. de acquir. poss. Jacob. de Arena, Franc. Curtius in tracl. de sequest. & fruct. in sequestrationibus, qui habentur inter tr. de dicto asecurationis & de pign. & novissime Carrasius in tracl. de sequestro, quos tui est videre, mei non transcribere.

Adeo ut iudici à jure permillum est generaliter ex iusta causa sibi bene vice officio apponere sequestrum etiam in aliis cæteris casibus, in quibus sequestratio ad instantiam partis apponi non potest Bart. in l. Imperatores, §. fin. num. 3. ff. de appellat. Berouis conf. 116. n. 6. lib. 3. Calv. decif. Firizana 23. sub n. 34. vers. iudex tamen ex officio. Lancelot. de attent. 2. p. c. 12. limit. 12. n. 26. & idem in 3. p. c. 29. n. 148. & 149. ubi dicit, quod Rota generaliter ex causa sibi bene vice solet devenire ad oppositionem sequestri: præsertim quando constat de attentatis, tenet etiam Caputaq. decif. 151. & 157. p. 3. Rota decif. 10. n. 4. ad medium & per totam, ut lite pendente,

pendent in novis. Moëda decif. 1. n. 3. de sequest. poss. & fructuum Callador decif. 3. n. 6. de restitutione spoliat. Cæsar. de Grass. decif. 2. de appellat. & fuisse ita decisum in causa Urgelia. Archidiaconatus 24. Octobr. 1582. coram Gypsiis, & aliis sæpius testatur Marefco. variat. resolutio. lib. 2. c. 77. num. 58. & 59. & interdum etiam cessante fructuum dilapidationis ratione generaliter potest opponi sequestrum, in causa scilicet beneficiaria, quando timetur, quod non possit commodè fieri executio, & recuperatio fructuum, Puteus decif. 150. n. 3. lib. 2. & de i. 249. n. 3. p. 3. Rota dec. 1. n. 3. & per totam p. 2. diversorum, ubi multa in proposito adducuntur.

Prædicta tamen regula, scilicet, appellationem licitam esse, vimque, à se sententia de sequestrando appellationi non deferatur; fallit in aliquibus casibus, ut primò scilicet non procedat, nec locum habeat, quando lex vel canon præcipit & mandat, sequestrum apponere in aliquo casu, hoc est, quando jus disposuit præceptive, non permissivè. Et fit exemplum in casu text. in clem. 1. de sequest. poss. & fruct. quæ est ad compescendas litigantium malitias, ita diffinitum (si una contra possessorem diffinitiva sententia super beneficio apud Sedem Apostolicam dumtaxat in petitorio, vel possessorio promulgato beneficium ipsum, etiam dignitas, & personatus existat, & curam habeat animarum, à possessore hujusmodi (dum tamen in triennio pacificè antea possessum non fuerit) per loci ordinarium apud aliquam personam idoneam sequestratur, quæ plenam de ipso & debitam curam gerens, id quod de fructibus ipsi (debitis ejusdem supportatis oneribus) persereffè contigerit, illi restituat, qui finalem in causa victoriam obtinebit; & C. de cujus intellectu latè videndus est Marefco. variat. resolut. lib. 2. c. 77. per tot. & Gratia. in cap. citandis.

Et sic ab hoc mandato de sequestrando, non esse licitam appellationem quominus executio locum habeat, nec suspendi queat; notant communiter DD. in d. clem. 1. præsertim Cardin. ibi notab. 9. Afflicti decif. 152. n. 5. Callador. decif. 5. de sequest. poss. & fruct. per totam, & præsertim vers. sed major pars Dominorum, Maranta de ordin. iud. c. p. tit. de appellat. n. 182. Lancelot. de attent. 2. p. c. 12. limit. 12. n. 4. Veltrius in praxi lib. 7. cap. 2. n. 5. rationem hujus limitationis statim reddemus, quam simul reddens sequitur Marefco. ubi proxime d. c. 77. n. 9. 10. 11. & 12.

Secundum exemplum huic doctrinæ potes invenire in Pii IV. Pontificis maximi Bulla sub die 26 mensis Octobr. anni 1560. quæ in Bullario est 142. inter ejusdem Papæ constitutiones, quæ statuunt, quòd quando beneficia ratione messum, seu aliàs sunt reservata, & inter provisum Apostolicum, & ab ordinario provisum desuper litigare contigerit, iudex statim, quod parte legitime citata, & citatione reproducta, cognoverit, præsertim reservationem etiam summariè & extrajudicialiter, quantum sibi pro rei qualitate sufficere videbitur; fructus, redditus, & proventus beneficiorum sequestrari, mandat, ac faciat, & C.

Pariter in hoc casu sicut & in superiori appellatione nulla impedit hujusmodi sequestri appositionem ex identitate rationis, ut per Veltrium in praxi d. lib. 7. c. 2. n. 9. vers. sed præcipitur, & C. Hieron. Gonzal. d. §. 7. proemiali, n. 83. & seqq.

Aliud etiam potest constitui exemplum in casu text. in c. cum vos. de off. ord. de quo nos alibi. Et quartum potest exemplum reddi in Imperat. §. idem rescripserunt ff. de appellat. ubi mandat res sequestrari, quando aliquis appellat ab executione, seu executoris excessu, etiam si non sit suspectus propter magnam praesumptionem, quæ est contra hunc appellantem; ut faceret causa differenda executionis. Cardin. in d. clem. 1. q. 22. ut post Imol. in d. §. rescripserunt, declarat Amilian. conf. 77. Divi. n. 37. & 48. Panorm. in c. 2. de sequest. poss. Salgado de Protect. Reg.

& fructu. Curtius in tracl. de sequestro q. 1. limit. 1. Reb. in 3. tom. tracl. de sentent. execut. gloss. 4. n. 5. fol. 232. Et hujus rationem ipsimet reddunt Doctores, quia cum lex mandat apponere aliquo casu sequestrum, quia potius impositum dicitur ab ipsa lege, quam ab homine, & iudex apponendo id, legem exequitur obtemperans tanquam ejus executor, à legis autem dispositione non est licita appellatio, nec à iudice eam exequente, l. fin. de appell. recip. c. consulti, 3. de appell. text. in c. relatum de cleric. non resid. Navarr. in repetit. c. cum contingat, 15. causa nulli fol. mihi 151. Bernard. Diaz. regul. 675. Gratian. reg. 35. Bobad. in poli l. 3. c. 8. n. 278. & diximus in c. præced. & pluries in discursu, & propterea nec à pœna legis appellatio admittitur. l. si qua pœna 244. ff. de verb. signif. c. quia nos 32. & ibi gloss. in d. fin. de appellat. gloss. communiter recept. in c. cupientes de electione lib. 6. in §. quod si, verbo privatos, Bald. in l. 1. c. ne ex delict. defuncto.

Et hinc fluit, quòd licet regulariter sit verum, ut sequestrum evidenter cessat oblata, & præsertim cautione quæ dicitur medicina sequestri, l. sonat in fin. ff. de offic. præsidis, l. si hie just. §. fin. ff. qui satisdare coguntur, quia cautio subrogatur loco sequestri; Cæsar. de Grassis decif. 3. n. 4. de fideiussor. Bernard. Diaz. in regul. 688. sequestrum evitatur. Azevedus in l. 1. num. 4. & 5. in l. 1. 4. recopilat. text. in c. de sequest. poss. & fruct. cum ibi notat ab Ab. Sahagum & aliis, Marefco. var. resolut. lib. 2. c. 77. num. 16. tamen locum habet dumtaxat, quando sequestratio à lege, vel canone iudici apponenda per mittitur; non verò procedit, quando à lege præcipitur, & fieri mandatur, ut in casibus d. Clem. 1. & Piaræ constitutionis, quæ incipit, cordi nobis est, quæ est in Bullario 67. quæ est inter constitutiones Pii V. mandantis sequestrari fructus in casu de quo loquitur, advertunt expressè Nicolaus Millis in repetit. verbo sequestrum ubi est sciendum, allegat Joan. Andream in addit. ad Specul. in rubr. de sequest. poss. & fru. vers. & nota, quod licet regulariter. Veltrius in praxi l. 7. c. 2. n. 9. Hieron. Gonzal. ad §. proemiali num. 79. loquendo in terminis constitutionis Pii V. superius allegatæ, & loquendo circa dispositionem clem. 1. ultra citatos, quod in casu illius non possit impediri sequestrum per cautionis obligationem tenet expressè ratione hac Cardin. ibi n. 29. Puteus decif. 311. n. 1. lib. 1. Grat. in discept. forens. tom. 2. c. 232. n. 16. & post Joan. Andream in addit. ad Spec. in rubric. de sequest. poss. & fruct. vers. & nota, quod licet regulariter. Millis & Veltrius locis prox. citatis. Marefco. var. resolut. lib. 2. c. 77. n. 17.

Et ideo concludere potes, quòd appellatio in emissæ à mandato de sequestrando eo casu, quòd à lege fieri mandatur, seu præcipitur, non deferens iudex vim facit ut ex adductis rationibus. Et quia cum hujusmodi sequestrum imponatur potius ab ipsa lege, quam ab homine: & iudex nihil aliud facit, quam legem exequi; ideo appellatio ab eo non suspendit executionem sequestri tanquam ab executoris.

Etenim gravamen legis, non est gravamen Bald. 23 in c. ad nostram, col. 1. de appell. quia leges omnes obediunt debent. §. arripit. authent. ut omnes obedire iud. pro. unde non mirum, si appellatio prohibeatur. Rebuff. in l. si qua pœna, in princ. vers. namque harum, de verb. signif. Et in terminis, hac nostra ratione hoc ipsum affirmat Gratian. in discept. forens. tom. 2. c. 232. d. nu. 19. ubi dicit, quòd in casu d. Clem. 1. de sequest. poss. & fru. ideo appellatio non impedit sequestrum, quia tunc illud sequestrum imponitur potius à lege, quam ab homine, & ideo iudex ut legis executor procedat, quòd iustè denegatur appellatio, optimè & de hac ratione in terminis etiam per Marefco. ubi prox. n. 9. 10. 11. & 12. at in cæteris casibus, etiam ubi sibi sit permillum cum hoc permittatur quantum sibi visum fuerit arbitrari, iusta & legitima causa existente, inter arbitrandam iustam causam

potest pars cenferi se gravatam, ac ideo superior per appellationem aditus de eius legitimitate gravamen an sit, iudicabit; quia a iudice cuius arbitrio aliquid relinquitur, & gravat, potest licite appellari regulariter, & ex his, quae late Farin. in tr. crim. tom. 1. q. 17. d. n. 27. cum pluribus seqq. & nos late infra 3. p. c. 53. per tot.

26 Secundo praefata regula & conclusio adhuc fallit in aliquibus casibus, in quibus licet non mandetur, nec praecipatur a iure fieri sequesterium; sed solum permittitur appellatio admittenda est suspensivè ex alio capite, seu aliis specialibus iuris rationibus vigentibus peculiariter in illis. Et horum unum, sit: quando propter suspicionem fugae probatam sequesterium fieri permittitur, de quo fit mentio per Doctores supra inter casus gestos; nam in hoc casu imminet periculum per mortem, nam si appellatio suspenderet effectum mandati sequestro, ea interim pendente aufugeret. Et confirmabuntur suspensiones in maximum periculum iuris patentes, quod illud moreretur, & inane id, & praedictum propter difficultatem executionis, & haec fugae suspensionis ratione multa sunt a iure permilla specialissima, quae alias non permittentur aliquo modo, ut est videre apud Villal. com. pin. liv. D. fol. 218. n. 27. Isti in l. imperium, n. 15. ff. de iurisd. omni. iudic. & ibi Rom. Anchar. conf. 184. aliis 192. Farin. in pract. crim. 3. tom. q. 28. n. 130. vel alios Azev. in l. 15. tit. 9. lib. recop. in princ. Scaccia de appellat. q. 17. limit. 6. memb. 2. n. 30. & q. 13. n. 100. & lib. 1. c. 58. sub n. 2.

27 Et ubi est periculum in mora, appellatio nullatenus suspendit. l. fin. ff. de appellat. recip. Ripin. in l. admonend. n. 193. ff. de iur. iur. Joan. Bapt. Alsinus in praxi iud. q. 32. c. 1. l. m. 2. n. 7. Franc. in c. quae fronte, in gl. in ver. de deced. col. 5. ad medium sub n. 18. Isti post alios in l. 1. n. 5. ff. de scriis, Hippol. de Marf. sing. 87. & 256. Manfred. in lib. 2. conf. 356. Ozaf. dec. Pedemont. 36. facit quod Bart. & Salic. in l. generaliter in si. p. c. de rebus cred. quia quando periculum est in mora, merito a iuris regulis recedimus, de quo per Doctores, praesertim Decum in c. dilecta ad fin. vers. hoc verum de confirmatione ut. vel inuti. & per Hippol. de Marf. in l. 1. c. de probat. col. 40. Mandol. super reg. 31. quod commissio casuum q. 3. n. 2. & seqq. ergo nihil mirum, ut licet in hoc casu cesset ratio illa legis mandantis fieri sequesterium, cum haec altera periculi imminentes vigeat in eo, appellationi non deferendo, vim nullam adesse, dicatur.

29 Et comprobatur, quoniam licet ad expediendum decretum sequestrationis, necessaria sit partis citatio, & causae cognitio, Angel. conf. 107. n. 1. & 3. Alexand. Stiat. in pract. iud. c. 12. n. 5. Achil. Personal. de adipiscend. n. 23. vers. & iudex tom. 3. p. 2. fol. 46. Beneitend. dec. 73. orta. n. 3. & Contard. in l. unic. limit. 16. n. 10. Gratian. discept. forens. c. 114. n. 37. Curtius de sequestro c. 2. n. 59. dicentes quod revocatur de facto sequesterium, quando ex obruto fuit concessum Virginio de Boccat. tract. de inter. uti possit. c. 14. de probat. n. 44. vers. & Menoch. 10. 3. p. 2. fol. 309. tamen quando periculum esset in mora, tunc citatio non est necessaria, nec iuris solemnitates requiruntur in sequestri appositione, Beneitend. dec. 73. orta. n. 14. Joseph. Ludov. Perusi. dec. 20. sub n. 2. Scaccia de appell. q. 17. limit. 6. memb. 2. a n. 28. Meno. de adipisc. rem. 6. n. 19. Achil. Personal. d. tract. de adipisc. sub n. 24. vers. quod ego tom. 3. p. 2. fol. 246. & n. 38. Alex. Stiat. ubi proxime, sub n. 2. & loquendo in periculo fugae, tenet Scaccia, ubi proxime, sub n. 30. Alexand. consil. 6. n. 10. lib. 4. ex supradicta ratione, quia tunc receditur a iuris regulis, & solemnitatibus. Quando autem ex hac urgente causa sine citatione appositum est sequesterium, non erit relaxandum, nec revocandum absque ea, Contard. in l. unic. n. 16. n. 14. & seqq. c. si de mom. poss. alias autem factum, non servatis servandis etiam de facto potest reponi, Achil. Personal. de adipiscend. n. 35. 36. & 37. Scaccia ubi proxime n. 7.

Tertio limitatur: & sic alius sit casus ad tollenda 33 scandala & rixam, ne partes ad arma deveniant, iuxta l. acquissimum, ff. de usufructu. cum pariter (ut in superiori casu dixi) multa a iure specialia sunt inducta & permilla propter id vitandum. Etenim haec esse permilla, & legitimam causam apponendi sequesterium, non obstante appellatione, ab eo interposita, seu alias pendente, tradit August. Beronius conf. 116. appellatione pendente. in princ. & per totum, ita ut a sequestro in hoc casu non admittatur appellatio, ne ejus executio impediatur, tenet Tiracuell. in tract. le mort. 6. p. de electione 6. n. 6. pag. 280. Mieres (loquendo in bonis majoratus) in tract. de majora. 3. p. q. 7. n. 4. alios etiam per Gratia. in regulo. 4. 13. n. 4. (qui licet loquatur absolute, ita est intelligendus) Bald. in l. unic. sub n. 3. & ibi Salicet. sub n. 3. Cod. si de momen. poss. Alexand. Stiat. in pract. iud. c. 12. sub n. 3. Scaccia de appell. quae. 17. limit. 6. memb. 2. n. 14. & seqq. Ruginell. eodem tract. §. 2. c. 2. verbo sequesterium n. 877. Carrocius tract. de sequest. part. 4. q. 8. vers. contrarium. Pedemonta dec. 25. n. 141. Beneitendi. dec. 79. n. 1. & seqq. Alsin. in tract. de executione n. 122. cum plurib. seq. Marquessa tract. de commiss. 1. p. c. 22. a n. 32.

Praesertim cum in hoc, & aliis casibus, quibus per 34 appellationem sequesterium non impedi dicitur, attentis rationabilibus causis, & legitimis rationibus, leve ac parvum praedictum adest, cum in casus res sequestratur, non amittat, sed retineat suam possessionem, seu detentionem, sicut antea, l. licet §. res depositae, ff. de positi, gl. 2. in c. examinata de iudicis, ubi Abb. n. 13. Gard. n. 25. Imola n. 6. in d. clem. 1. Felio. n. 14. de cap. examinata Curtius tract. de sequest. quae. 20. n. 71. Guido Papae dec. 246. n. 6. & ibi additorior. Grammat. dec. Neapolita. 51. n. 2. Callador. dec. 14. super regul. n. 12. Moeda dec. 14. de resp. spol. Sarnarius in reg. de annal. quae. 46. & Mandol. eadem regul. 14. quae. 43. n. 6. & 7. Tirac. de iure constitut. limit. 17. n. 6. Greg. Lopez l. 1. tit. 9. p. 3. verbo por a. vencia. Corrales de sequestro, c. 6. & l. 3. Miscel. c. 2. Menoc. de retinen. rem. 3. n. 86. Gravarius ad Vestrum lib. 7. c. 2. n. 17. Rota dec. 46. p. 1. diversio & 273. n. 1. p. 2. Doctor Sanagum in repetitione d. cap. 1. de se 35 quae. n. 9. qui omnes illud in hac re constituunt discrimen inter depositarium, seu sequesterium voluntarium, qui ex voluntate ambarum partium proponitur, & necessarium, qui iudicis auctoritate datus est, ut ille possideat, hic autem nullo modo.

Et, an, & quibus casibus sequester, depositarius, 36 creditor bonorum seu conductor ad modicum tempus vel in perpetuum possit praesentare, vide latissime ex his, quae congesti Nicol. Garcia de benef. 5. p. c. 6. d. princip. & Cened. in cano. quae. qu. 10. per totam, ubi quid in pignoribus.

Ex quo namque fructus rei, vel beneficii reservan- 37 tur domino vincenti, in tempus & eventum litis finitae, in casu quo illi pertinere declaratur; non illi auferuntur, sed differuntur dumtaxat, nam quod differtur non aufertur, l. quoties, c. de precibus Imp. offerendis, c. ancillum 31. q. 2. c. memo desperandum est, de penit. d. 7. & praedictum dilativum non est in consideratione, cum magnum damnum non sit in mora modici temporis, l. debitoribus, ff. de re iud. Caputaq. 38 decif. 61. n. 3. p. 1. ubi plures allegat Pute. decif. 245. in medio lib. 1. & decif. 68. lib. 2. decif. 141. sub n. 4. eod. l. 2. Abb. in c. 2. n. 28. de seqq. poss. & fr. sed in hoc casu appellationem minime esse admittendam, probavimus hac 2. parte circa inhibitiones temporales cap. 10. a num. 31.

Quod maxime procedit in his, in quibus solummodo 39 fructus sequestrantur, non etiam res, cum propterea nihilominus potest continuare suam possessionem per se ipsam, per alios actus possessorios, dempta fructuum perceptione, nam limitata sequestratio limitatos

limitatos producit effectus, l. age cum Geminiano C. de transaccio. l. in agris, de acquir. rerum dom. & ita sentit, quando possessio non esse sequestrata, ut per se possit alios actus possessionis exercere. Vitalinus in d. clem. 1. n. 67. & num. fin. ibi Vestrius in praxi lib. 7. c. 2. nu. 1. in fin. & nu. 2. & tenet Azev. in l. 1. sub n. 17. vers. quod fructus tit. 10. lib. 4. recop.

40 Quid autem nunc dicendum venit in descriptione bonorum, an a praecocepto iudicis eam mandante fieri, ut licet si appellationi deferendum? Et negativè respondeo. Si quidem cum hujusmodi descriptio bonorum ad finem fiat dumtaxat, ut habeatur illorum notitia, ne subtrahantur: nulli potest dici fieri praedictum, nec in re, nec in possessione, nec in proprietate, nec in fructibus ejus, & sic tanquam a mera interlocutoria non qualificata, fed omni legitimo gravamine destituta, nec damnum irreparabile, vim diffinitivè, nec praedictum aliquid ex ea potest oriri negotio, seu causae principali, & sic omnimodo haec esse permillam descriptionem bonorum, probat text. in l. fin. ubi Bart. ff. de requi. reis, & in l. 1. ff. de ventre in poss. mitem. l. fin. ff. de bon. auctoritate jud. poss. Vital. in tract. clausula nihil nov. accusatione pen. sub n. 20. & tradit Bald. in l. de fen. C. de iure fisci, Bart. in l. post contr. ff. de dona.

41 Quod ex eo probatur, nam descriptio bonorum ex eo facile conceditur, quia nemini praedictum assertit, ut videre est apud deil Pedem. fol. 112 in consilium impresso, n. 26. Sequitur Arif. Tapat. tom. 1. tit. de descriptione bonorum in princ. fol. 332. adeo ut in casibus, in quibus sequesterium prohibuitur, descriptio bonorum (ne bona pereant, fed appareant) fieri possit. Bart. in l. fin. §. fin. de requi. reis, nam licet sit prohibita sequestratio, non tamen est prohibita descriptio, idem Bart. in l. 1. §. eligitur, ff. de ventre in poss. mitem. Arif. in Tapat. supr. ad fin. nisi certis casibus, de quibus per Bart. proxime citato loco, & per Bald. in l. unica. C. de prohib. seq. pecun. tenet Gratia. discepta forens. c. 14. n. 28.

43 Qui nu. 26. & seqq. respondet ad l. defensionis facultas C. de iure fisci lib. 10. ubi controversia pendente fas non est describi facultas possessoris, aut inquietari, ut intelligatur de tali praescriptione, per quam res incorporantur fisco, non autem de simplici inventario, & descriptione, Bart. in l. vers. eligitur num. 1. ff. de ventre in poss. mitem. Curtius tract. de sequest. in princ. n. 15. vers. praedictum tamen. Mathias Coler. de process. execut. c. 2. part. 1. n. 180. & voluit Bald. in d. l. unica. n. 6. ubi distinguit inter descriptionem ad probandum, & liquidandum, & descriptionem ad incorporandum, cum ista non admittatur, illa autem sic, tanquam non praedictum etiam in casu, in quo alias sequestratio non permittitur, & hanc distinctionem inter utramque descriptionem sequuntur Marfil. Laud. de fisco quae. 142. tom. 12. fol. 4. Imol. in l. Imperatores, §. rescripterunt, ff. de appell. Menoch. de arbitra. casu 457. n. 2.

Et quamvis annotatio bonorum contra contumaces 44 iuxta l. 1. ff. de requi. reis, hodie non sit in uso, descriptio tamen, & adnotatio; de qua in l. si quis infra provinciam, C. de bonis praescriptor. hodie servatur, post alios testatur Jul. Clar. pract. crimin. qu. 44. vers. sed hodie, vide quae nos hac 2. part. cap. 1. a n. 178. qui supra citati Doctores communiter probant, quod hujusmodi descriptio bonorum, cum nullum afferat praedictum, nec damnum queat considerari, licet possit fieri, etiam lite pendente super accusatione, quod etiam probat Lancelot. de attent. 2. part. cap. de attent. accusatione pend. num. 21. limit. 11. absque reatu attentionis; ergo sequitur evidenter, quod possint fieri etiam post appellationem ab illo, quia est regula generalis, ut omnes hi actus, qui licet possunt fieri in lite pendente, item appellatio ipsa interposita impedimento non est, quominus generantur, text. celebris in l. si postquam, ff. ut legat. seu fideicom. nomine caveat. & nos dicit Salgado de Protect. Reg.

ximus supra cap. praecedenti circa residentias ad fin. a num. 30. & sursum.

Et in expresse ut etiam post appellationem, & ipsa 46 pendente, possit fieri bonorum descriptio, constanter tenet Lancelot. de attent. 2. p. c. 12. limit. 1. n. 26. ut is, qui non potest ablinere sequesterium, potest appellatione pendente, petere a iudice hanc fructuum descriptionem, sperans sibi pertinere, & restituendos, ut postmodum longa evitetur confusio, & obscuritas, quae oritur ex difficultate probandi per testes, quot fuerit fructuum perceptio; & tandem finita lite sententia habebit meliorem & faciliorem exitum, quia actor relevabitur per hujusmodi bonorum descriptionem ab onere probationis per testes, quantitate fructuum recollectorum, & iustitia facilis expedietur, & commodus ministrabitur, & ita propterea permittitur innovare id, quod fit in meliorem causae expeditionem, text. in c. cum teneantur, de appell. & ibi Franch. & communiter Doctores.

Et cum haec descriptio bonorum non auferat possessi 47 fori liberam potestatem disponendi de rebus, & fructibus sic descriptis & in inventario positus, cum etiam illorum alienatio permittatur ex eo, quod dumtaxat fiat, ut sciatur quid steterit tempore litis motae, & quid collectum fuerit, pro faciliore eorum probatione, & liquidatione, ut post Bart. in l. post contractum n. 19. de donatio. Butriga. in cap. fin. n. 6. de sequest. poss. & fruct. Illi in l. fidei iussor. §. fin. n. 28. qui satisd. cogant. & per l. si quis intra C. de bon. praescrip. Imol. in l. Imperat. §. idem rescripterunt, in princ. vers. adde quod licet, ff. de appell. Bald. in l. unic. n. 6. C. de prohib. sequest. pecun. omnino Gratia. in discept. forens. tom. 1. c. 114. a n. 24. & facit text. in l. cum domini horreorum §. ff. locati, iudicemque absque attentato posse sibi illa concedere. Et etiam opinio ista Ant. de But Bart. & aliorum quos modo citavi, imò dicit Barch. in repert. verbo, sequestratio. vers. 72. quod quando sequestratio est prohibita, debeat fieri 48 descriptio bonorum, si timor sit ne dissipentur, vel subtrahantur, ut facilius eorum pateat probatio, ut ipse in verb. annotat. vers. 2. ad quam refert, ubi plurimos in id refert. Sed etiam Rebuff. in consuet. reg. tom. 3. tract. de seq. art. 1. gloss. 2. n. 9.

Sed quid dicendum, quando appellatio emittatur 49 a relaxatione, seu mandato de restituendo sequestro, an sibi non deferatur a iudice, vel fiat, in quo breviter respondeo negativè, scilicet vim non fieri, cum hujus decreti executio per appellationem impedi nequeat, tum quia hoc decretum est sententia merè interlocutoria, ita probat text. in l. fin. §. fin. autem per medium, vers. (per suam autem interlocutoriam creditorem precipiente secundum modum debui ex depositis pecuniis 50 suam accipere debitum) Cod. de bonis auctori. jud. poss. & expresse Lud. in l. si finita, §. si quis autem, ff. de damno infecto, ubi reputat ad hoc illum text. singularem. Felinus etiam in rubr. de sentent. & re iudic. sub nu. 21. idem etiam tenet Bald. in l. fin. ad si. vers. item nor. C. de ordine cognitio. quem allegat ad id Barch. in repert. verbo, sequestrat. vers. 56. ergo appellari non debet, ex Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 20. d. l. 2. ff. de appell. recip. l. ante sententiam, C. quorum appell. non recipiantur.

Deinde quia haec interlocutoria secum trahit executionem paratam, nam quando iudex lite pendente, & appellationem sequestrat; advocat ad se possessionem ad evitanda scandala, ut diximus, & per partes instruit, ut sumpta a iudice informatione, quis tempore litis esset in possessione, tunc iudex per suam interlocutoriam declarat aliquem possessorem, & sequestratam possessionem relaxat, ille de claratur possessor, appellacione pendente poterit se in possessionem relaxatam mittere, ita tenet ex hac ratione Augustin. Beronius in consil. 45. in causa num. 25. lib. 3. quem sequitur Lancelot. Robert. de attent. 2. part. cap. 1. n. 36. & seq. ubi dicit,

dicit, quod cum per ejusmodi sequestrum factum judicis autoritate possessio non perdatur (ut diximus ex l. licet, ff. de positi,) statim, ut a iudice declaratur possessor, relaxetur, & tollitur impedimentum illud, & continuatur suam possessionem, quod fieri potest etiam prudente appellatione, nec dicitur attentare, cum continuatio ejus sit permessa non obstante appellatione, de quo etiam per nos supra; ex quo namque iudex ante sequestri appositionem semel cognoverit de causa, ac iterum ea cognita revocat, maxima erit pro illo presumptio, invenisse, ipsam cessare, & ideo pro ejus decreto presumendum est, res enim facilius & absque minori impedimento debet reverti ad suam naturam, quam ab ea discendi, l. si unus §. pactus ne peteret, ff. de pactis.

52 Et ex huiusmodi deductis satisfacies secundo pari huius capituli, dum querit an a deposito vis fiat, si appellationi non deferatur, nam idem in totum, & per omnia quod de sequestro diximus; de hoc deposito a iudice facto pariter & necessarii intelligendum est, cum idem sit in effectu sequester, & depositarius, & sequester, hoc dempto, ut depositum unus, seu plures facere possunt: sequestrum autem non nisi a pluribus, nam tunc id fit, cum aliqua res in controversiam deducit, in ceteris autem omnibus nulla adest differentia, sed imò idem est & promissum in iure accipitur, & apud sequestrum deponi dicemus non aliter, text. est (qui hoc probat) in l. sequester ff. de verborum & rerum signifi. §. oleum ff. de dolo, in l. licet in princ. & in §. rei deposita ff. de positi, & vides, & illa lex sedet sub tit. & rubr. deposito, & ideo omnimodo, & secundum eam intelligenda est, nam quando aliqua materia ponitur sub aliquo rubro, ex hoc iudicatur esse illius naturæ, ejus est rubrum, ut notabiliter voluit gl. in c. 1. & in c. si supra. Gratia. & ibi Domini. de off. delega. lib. 6. gl. in c. ubi qui de rescript. eod. lib. gl. in cl. unica de off. deleg. quas commendat ad id Panorm. in promissio decretal. Everard. in loc. legal. in loco a rubro, ubi latissime, & nihil aliud est sequestrum quam iudiciale depositum, ut latè per Ant. Pichar. in prætera 3. d. n. 17. & n. 21. ponit differentias inter hoc depositum iudiciale, seu sequestrum, & id quod fit extra iudicium inter privatas personas, scilicet abique iudicis autoritate; vide ad id per Azeved. in l. 13. tit. 9. lib. 3. recap. a princ. & ita etiam d. constituto Pii V. supra addacta, dum mandat fieri sequestrum, dicit fructus, &c. penes personam idoneam deponantur, &c. & quod sequester in omnibus & per omnia æquiparetur depositario probat desuper expressè Joseph. Ludov. decif. 5. n. 15. & 16. quem sequitur Tapat. tit. de sequest. 7. col. ante fi. fol. 331. tom. 1.

57 Hinc sequestrarius ad restitutionem sequestri tenetur actione depositi, l. ei apud quem §. 1. ff. de positi, gloss. in l. sequester ff. de verborum signifi. Salicetus in Lancia n. 16. ubi Curtius senior n. 55. C. de prohib. sequestr. pecun. Alexand. in l. interesse n. 6. ff. de acquir. poss. Bart. in l. si oleum, ff. de dolo malo. Ill. post alios, in l. si fideiuss. §. fin. n. 3. ff. qui satis cogant. Gravac. ad præxim Vestrui lib. 7. cap. 2. n. 20. Petrus Surd. cons. 28. n. 10. tom. 2. qui etiam præscriptis verbis teneri affirmant, & propterea cum idem sint omnia, quæ superius dicta sunt cum regulis, distinctionibus, & limitationibus, nullatenus ab hoc deposito separanda sunt, tam de mandato, de deponendo, seu sequestrando, quam de ejus relaxatione ante remotionem.

attenta 3. p. cap. 28. n. 90. Idem tenet Saccia de appell. q. 17. limit. 6. membro 2. n. 17. fol. 334. Aff. de decif. 98. pulchrum, à n. 1. usque ad n. 5. & faciunt, quæ supra diximus hoc capite potè principium.

58 Quam doctrinam omnino accipe cum distinctione de qua supra, ut scilicet, non procedat, quando sequestrum, seu depositum mandatur, seu præcipitur fieri à lege vel canone, sed tantum in iis, quæ fieri permittuntur iudici, demptis limitationibus supradictis, & sit in iis casibus, in quibus appellationem permittam esse superius diximus hanc Beronii, & aliorum doctrinam procedere, ut ex ea colligitur, quia prætendebatur attentata. At verò in iis, quibus appellationem non admittimus, pariter, & a quibus remotione, & à relaxatione negamus appellationem, cum eadem doret causa, & hanc intelligentiam aperte sentit Marquessa. tract. de commissio. l. p. cap. 22. n. 35. & 36. fol. 249. dicens, quod quando sequestrum legitimum & iustè factum est à iudice, tunc à revocatione illius datur appellatio, reddens rationem; tum, quia idem est gravamen, & tum, quia contrarium eadem est disciplina, juxta l. 1. ff. de iis qui sunt sui vel alieni jur. Ex qua doctrina sequitur alia limitatio ad principalem conclusionem nostram, & regulam, ut quando iudex in apponendo sequestro nulliter, & in debitis solemnitatibus processit, appellatio licita est, & suspendit, rectè conducit, quæ post alios Saccia de appell. qu. 17. limit. 6. memb. 2. à n. 4. cum seqq. Et iterum aperte dicit Marquessa. ubi proxime n. 34. post Marant. de ordine iudic. 6. pactu 2. n. 191. ita etiam Angel. cons. 107. & foret notabile inconveniens, ut statim facto sequestro in his casibus, in quibus non appellatur, appeteret relaxatio ejus, à denegationeque appellare, consequeretur enim suam intentionem hac via, in fraudem & contra intentionem legis, & foret ad id admissus altera via, quod sibi una erat prohibuit, nam cum quid prohibetur, prohibetur omne per quod pervenitur ad illud, juxta l. oratio. ff. de sponsalib. & quæ ibi adducunt doctores in l. si ut cerid §. fin. ubi glo. verbo dominium ff. commodati, quo fundamento utuntur etiam Doctores ad illud, quod quando una via prohibetur appellatio, ad eam alia via admittendus nullus est, ut per Bart. in l. unica n. 4. C. si de mom. poss. fuer. appellat. Menoch. de adpiscenda poss. rem. q. n. 816. & conducunt, quæ adducit Ancharanus cons. 78.

59 Et ubi est rationis identitas, ejusdem est qualitas & natura, eademque solemnitas requiritur, paritasque juris in aliquo actu celebrando, & conficiendo, & in ipsius revocatione, & remotione, text. in l. item veniunt in princ. juncto §. 1. ff. de petit. heredit. bonus text. in c. unico, §. idem quoque, de sponsatio. in publ. lib. 6. juncto c. de illis in princ. eod. tit. in decret. gl. in l. 3. §. contrarium iudicium, ff. de contraria & utriusque actione ut Bald. in rub. extra de iurejur. idem in l. pactum in 21. quest. C. de collati. Bart. Bald. Alexan. & Salicet. Ill. & DD. communiter in l. unus §. pactus ne peteret. ff. de pactis, gloss. Paul. Card. & ceteri in l. de tutela, C. de integ. restitut. & latè per Everard. in locis legal. in loco de contract. ad distract. ac propterea cum in hac remotionis negotiatione daret adhuc illa causa primæva, & ratio prohibitiva appellationis pariter de ea iudicandum est.

60 Secus autem esset affirmandum, quando ipsa causa non viget, sed cessavit jam, puta quia finita jam sit, propter quam sequestrum appositum fuit, vel præstita est cautio seu oblata cum effectu in iis casibus, in quibus per illam tollitur, vel aliter cessavit causa, propter quam hoc depositum iudiciale fuerit appositum, vel accedit dies, ad quem collata est restitutio, nam tunc cum cessante causâ omnes cessant effectus, cum cessante, de appell. l. age cum Gemina C. de transact. & confiderentur diversæ naturæ depositum, & remotio, iustissimæ huic appellationi deferendum fore, declarabitur, conducunt

ducunt optimè quæ Gratian. discept. forens. cap. 232. num. 31.

61 Hinc est quod sequestrum appositum juris dispositione & ubi fieri iubetur, non relaxatur, nec revocatur, nisi causa jam finita per sententiam transactam in rem iudicatum, & donec daret causa appellationis, sive sit primæ sive secundæ instantiæ. Bald. in l. fideiuss. §. fin. n. 2. vers. adde hic utrum, qui satisd. cogant. per text. in l. litibus 19. §. fin. autem fideiussiones, C. de agricol. & cens. Puteus decif. 77. lib. 1. & decif. 255. lib. 2. & de veriori opinione (quidquid alii contrarium censent) testatur Aug. Aret. in l. Imperatores 21. §. idem rescripserunt, col. penult. ante fin. vers. fortius dico, quod talis sequestratio, ff. de appell. Gratia. discept. forens. tom. 1. cap. 114. à num. 30. Curtius tract. de sequest. cap. 2. q. 18. n. 65. tom. 3. p. 2. fol. 147. qui ibi n. 67. vers. ego sequor. & Gratian. n. 34. & 35. quod requiritur executio, ut sequestrum revocetur: cum aliter non dicatur lis finita, hoc tamen non procedit, quando sequestrum apponitur iudicis officio, & pro ejus arbitrio, quia tunc hic rigor non attenditur, nec expectatur, vide latè Garcia d. cap. 114. à num. 36. cum seqq.

62 His adde, quod quando cautio fideiussionis præstita est loco sequestri, non tamen simpliciter, sed de re non baratanda, aut restituenda, hæc satisfactio durat post rem iudicatum, ut in specie declarat Curtius d. tract. de sequestro quest. 18. n. 66. & 67. tom. 3. p. fol. 247. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 348. n. 25.

63 Quo pertinet, quod sequestrarius, qui loco depositarii est semel electus, non potest mutari sine nova causa, latè Surdus cons. 5. n. 11. in fin. Gratia. discept. forens. tom. 1. cap. 167. num. 28. quemadmodum nec ipse sequestrer, aut depositarius non possit deponere manus suscepti sequestri sine iusto iudicio, aut ejus interlocutione, vel nisi alia iusta causa supervenit, Ill. in l. si fideiussor. §. fin. n. 4. & 5. ff. qui sui cogant. Matthias Coler. de process. execut. p. 3. cap. 11. n. 5. per text. in l. ei apud quem §. fin. depositi. Gratia. supra num. 19. ubi per totum cap. latè de aliis officiis etiam ad beneplacitum non revocandis sine iusta causa.

tur etiam in ea, quod supponit, ut ex d. gl. & Romano probat idem Surd. decif. 114. num. 22. & dicit Bart. ibi, quod non compellatur illicò si condemnatio debere præcedere, antequam perveniretur ad compulsionem, quod est verum, quoad ordinem iudiciorum, probatio verò debet esse plenaria, ut per eum defendit constanter doctissimus Roderic. Xarez in repetitione l. posteaquam, not. 5. ff. de re iudic. sub n. 1. ubi constanter defendit Bart. in hac sententia & opinione contra Bald. & Salicet. qui tamen fundamentis efficacibus Bart. non respondent. Movetur etiam, quoniam d. l. fin. celerem expeditionem desiderat, prout important verba illius, (illicò, quàm celerimè, quàm citius) quæ significant summariam causæ cognitionem, rejecta exceptione altiore indaginem requirente. Ita Bart. in Lancia. loquendo in dictione, mox, per gl. ibi, C. si de mom. poss. fuer. appell. quem sequitur Xarez supra numero 2. 76 quod maximè procedit in casu nostro, ubi tot verba celeritatem, & executionem significant geminata apponuntur, imò expressè lege illa remouentur omnes exceptiones habentes altiore indaginem ad iudicium ordinarium.

64 Nam non solum verbis claris censetur remota appellatio, sed etiam per verba æquipollentia, ut quando est in aliquo casu remota contradictio, vel querela, quia horum remotione censetur remota appellatio, ut post Bald. in l. 1. vers. sed an remota, ff. de off. prescrip. præto. cui loquitur de querela, & text. in cap. personas de appellat. qui loquitur de contradictione, not. Decius in eod. cap. persona, in 4. n. 4. Lancelot. de attentat. 2. p. c. 12. limit. 8. n. 3. & 4. Hieron. Gonzal. gl. 9. in annota. nu. 2. 14. & seqq. prout latè probavi supra hac 2. p. c. 8. ante finem, à nu. 114. & illud etiam, qui contra depositarium, seu sequestrum agit ad exhibendum depositum, text. est in l. 3. §. si tabula 2. ff. ad exhibendum, ubi Bart. & Alexand. & notat. in l. si oleum ff. de dolo, Bald. in l. fin. ult. col. C. de edendo. Bertach. in repertorio verbo sequestratio, vers. 19. quo casu celeriter agit, & exequitur iudicium rejectis omnibus exceptionibus, quæ illud differunt, Parla. lib. 2. rerum quoti. c. 5. conclusio circa fin. Joan. Garcia de expensis c. 6. n. 19. & alibi passim.

65 Prædictam insuper Bart. opinionem extra Xarez & 79 relatos defendunt Alexand. & Imolin d. l. penult. And. Siculus in c. bona fides, depositi in 4. col. ubi huic dictioni (illicò) attribuit executionis significationem, & verbum (omnibus modis) importare ipso iure, ut dicit gl. nota. in §. sancimus in authent. ut defuncti seu fun. eorum in parte omnibus modis. Sequuntur etiam Angel. in l. si depositi ff. de positi. Alexand. in l. penult. Segura in l. si ex legati causa, ff. de verborum oblig. certa. 101. eodem. 4. vers. alius & secundus casus, eundem sequitur etiam huic inde aliqua adducens fundamenta Zuchar. in repetit. l. fin. C. de edicto D. Adria. à n. 138. ac propterea appellationem ab eo suspensivo carere.

66 Qui quidem n. 142. limitare voluit, ut procedat in deposito actualiter, & realiter factio, non verò in deposito confessato, de cuius numeratione non apparet, sed per confessionem solum depositarii. Movetur ex Socino consil. 171. col. penult. vers. confirmatur, vol. 2. pro quo facit & dicit Additionator ad Rodericum Xarez in d. notabili 4. ex Bald. in consil. 384. in 1. vol. consil. dicentibus, quod ubi non apparet de numeratione depositi, sed tantum de confessione depositarii: non habeant locum leges dicentes, depositum esse privilegiatum, quia ejus privilegius non gaudet, & adest ill. in l. 1. C. de edendo in 3. nota. ultra quos idem affirmat Soc. consil. 143. diu profecto, col. ultim. vers. confirmatur prædicta lib. 3. Quod idem reperitur in d. consil. 171. lib. 2. movetur ex eo, quia dos similiter confessio non habet privilegium verè dotis.

67 Sed contrarium mihi longè verius de iure videtur, nam licet verum sit, quod depositum confessatum non gaudeat

gaudeat privilegio veri depositi, hoc procedit in præjudicium tertii, non tamen inter easdem partes, & deponentem & depositarium; ita expressè distinguunt, & loquuntur Doctores omnes allegati, & infiniti alii quos in id congregat Tiraquei. de retract. convent. §. 4. gloss. 6. à n. 14. cum segg. nam quoad ipsum depositarium virtute suæ confessionis, quæ veram numerationem probat, præfata doctrina non procedit, ita probant expressè text. in l. Publica. §. ult. ff. de positi, l. in contrahibus, de non numerata pecunia.

Quod maximè procedit in nostro casu, dum loquimur de deposito judiciali, cujus confessio de per se, & etiã abstracta à deposito, paratam executionem habere, nemini dubium est, l. 1. de confess. l. 1. c. eod. tit. l. post rem, ff. de re jud. l. 7. tit. 3. p. 3. & ita ex supradictis libenter recedat à limitatione Zuchard. siquidem ex absoluta doctrina, nec perpetua motus fuit, & ideo resolve in utroque casu, appellationi emissæ à depositario deferendum non esse.

83 Secundo limitatur, seu declaratur, ut tunc non poterit à sequestro, seu deposito appellari; quando apparet sequestrarium acceptasse sequestrum; non tamen quando ipse depositarius negaverit, & aliter non apparet, qui tunc admittitur appellatio, ut in terminis loquitur, & declarat Marqués. de commissio. 1. p. c. 22. num. 33. quo loci sequitur, quando creditor exequitur & in pignus capitur debitum sibi ab alio, qui constituitur sequester, & debiti depositarius; quia si negando debitum non acceptat munus, potest appellare, & in alia re executati fit executio.

84 Sed nunc quæro, an factio sequestro alicujus rei apud depositarium, illam restituendam victoriam habenti in lite juxta clem. 1. de sequest. poss. & l. licet §. rei depositæ, ff. de positi, & similibus, super qua obtinuit aliquis executoriales, ut sibi res restitatur: aut depositarius possit appellare ab hoc executore tanquam excedente eum exequendo, cum in executorialibus expressè non continetur: In quo minimè tali esse appellationi deferendum opinor, ad quod moveor extra supradicta; nam instrumentum depositi judicialis paratam habet executionem, quia factum est instrumentum in judicio, vel apud officium, fori & judicii calore & autoritate efficiente, executionem meretur, B. in l. qui tale pactum, §. qui provocavit, ff. de pactis. Ubi Paul. & Ill. num. 8. idem Bart. & Paul. l. cum pro quo, de jus vocan. Alex. in l. divo Pio in princ. ff. de re jud. Afflic. decis. 387. n. 1. ut scilicet, quando per viam contentio juris, fit non voluntariæ, Bald. & Xvarez, quos allegat Parla. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. §. 10. princip. par. & ideo cum dilatio apposita restitutioni fit per sententias executoriales purificata, & liquidata, contra eum executio locum habet.

85 Et probat, quod in simili habetur in l. ff. judicatum solvi, ubi fidejussor de judicato solvendo statim cedit dies obligationis, quod res judicata fit, & condemnatio sequuta, & virtute ejus sententiæ seu executorialium, per quam declaratur & liquidatur obligatio absque novo processu, fit executio contra fidejudentem licet in sententia expressè non continetur, nam cum facta obligatio facta apud pacta, dicatur appendix ipsius judicii, ita Odofred. in l. 2. c. de usuris rei jud. Guido de Suza, Guillel. de Cunis, & alii relati à Bald. in l. 2. §. in fidejussorem, ff. qui satisd. cogant. Peru. in d. l. 2. exactè Roder. Xuar. in repetitione l. post. rem. in decl. l. Reg. fol. 81. Sed pone questionem quotidianam, ubi ex Bald. dicit in nu. 10. quod ista obligatio opponitur ad soliditatem ipsius judicii, & sic erit pars intrinseca ipsius judicii, secundum quod ista sententia non meretur de per se sola executionem sed stipulatio judicatum solvi declarata per sententiam & sic illa juncta cum sententia est, quæ executionem habet, qui tunc per sententiam liquidatur, ut advertit, & idem Bald. in l. 1. ubi

etiam Angl. de Perusio, quæ quidem omnia faciunt ad propositum nostrum.

Deinde, & hoc est potissimum fundamentum, nam litigium est super hac re deposita, & sequestrata, quæ per sententiam à judice vincenti reddi jubetur, ad cuius mandatum debet restituere. ad l. pen. c. de positi. l. si oleum, ff. de dolo, l. 3. tit. 9. p. 3. & ibi Gregor. & l. 5. tit. 3. p. 5. Alberic. in dictionario in verbo sequestratio, l. licet §. rei depositæ, ff. eod. sed adversus quemlibet etiam tertium, in quem res litigiosa pervenit etiam non comprehensum in sententiam directæ executio fit, l. 2. & l. fin. c. de litigio, l. mater §. fin. de exceptione jud. l. si superatus, §. 1. ff. de pignor. & nos latè infra à p. c. 8. à n. 168. cum segg. ergo adversus eum tanquam detentorem rei adpetat lite pendente executio rectè procedat.

Cui convenit, quod dicit Bald. in l. in fin. de bon. 89 auth. jud. possid. Abb. in c. 1. n. 1. de deposito. Francisc. Curt. in tract. de sequestro q. 26. n. 81. vol. 4. ut depositariis quancumque judici visum fuerit ad petitionem partis, vel ex officio rationem exigere posse, maximè si causa propter quam fuit factum sequestrum cessaverit; quia eo ipso quod remotio sequestri per judicem fiat, illis intimata, celeriter sequestrum restituere tenentur, ut latius probat Escobar de ratiocin. cap. 6. à n. 85. ubi ex Bald. Afflicto, & aliis firmat teneri esse illa intimatione, per quam in mora constituitur, ad interesse parti lætæ, & in terminis, quod adversus hunc sequestrum executio locum habeat absque novo processu, probat Hieron. de Monte in suis quest. qu. 323. quem referens sequitur Arimin. Tapatius tom. 1. tit. de sequestris, fol. 331. col. 2. circa medium.

Quod evidenter probatur, nam si obtinuit contra te executoriales, vel habeo instrumentum quarentigii ad præstandam rem, vel pecuniam; postum directè exequi depositarium, apud quem rem vel pecuniam deposuisti, licet ipse nihil mecum contraxerit, nec fuerit ad executoriales citatus; text. est in l. Divo Pio §. si ff. de re jud. Parla. lib. 2. rerum quot. c. fin. §. p. §. 3. à n. 45. ergo à fortiori potero exequi depositarium, qui rem meam tenet, & nomine mei victuri factum est depositum; & quia tertio, cui ex obligatione aliquid commodum resultat, executio competit adversus obligatum, ita ex aliis probat Parla. lib. 2. rerum quot. c. si p. §. latè Gratian. in d. sequest. foren. c. 49. à n. 1. & n. 23. usque ad fin. & cap. 332. à princ. to. 2. & nos alibi latius.

Et quia licet contra tutorem vel administratorem alicujus, adversus quem decreta sunt exequendæ executoriales, non possint in administratores dirigi directè, tamen si penes administratorem res sit, in quem facienda est executio, & non exhibeat, potest omni juris rigore compelli, etiam per capturam personæ, ut exhibeat, ita ex pluribus probavimus infra lib. 4. cap. 8. de excessu de persona ad personam, à numero 165. & sursum.

Unum, & quod solet à DD. adnotari non omittam, ut scilicet depositarius quilibet, vel apud quem res sequestratur; si à judice compellatur depositum alteri restituere, quàm ei cui de jure tenebatur, ut possit, imò debeat iste depositarius appellare ab hac injusta compulsionem, ad hoc ut possit liberari: quod ita procedit, ut quando talis justus esset notoriè injustus, quia tunc non excusatur ab appellatione depositarius; quando vel est clarum mandatum judicis compellentis reddere depositum alteri, esse justum, à jureque approbatum, vel saltem est hoc sub dubio; quo stante pro judice præsumendum; tunc est depositarius, ab eo non appellaverit, liberabitur depositarius, parendo ejus justis, & obtemperando mandato, juxta l. Imperatores, ff. ad municip. l. non videtur §. qui iustu, ff. de regul. juris, l. liberorum in fin. de iis qui not. infra. quibus probatur solventem iustu judicis liberari, de quo articulo vide ad longum per Afflic. decis. 150. n. 19. Didac. Perez in

in l. 1. tit. 16. lib. 3. ord. q. 15. col. m. 1144. faciunt quæ Rip. in c. 1. quando n. 17. de rescripti. & Gregor. Lopez in l. 5. tit. 15. p. 7. Orosius in l. ut cum, n. 16. col. 21. ff. de justitia & jure. Paul. de Castro in l. 2. ff. de judiciis. Hippolyt. in practi crim §. nunc vitandum, n. 41. exactis de hoc artic. per Azeved in l. 13. tit. 9. lib. recopil. à n. 17. & segg. & intra eos id, loquendo in depositario judiciali, seu sequestro, dicitur ex Bart. in l. mulier, ff. de lege commissio. & Guid. Papæ q. 340. & Francisc. Curt. de sequest. q. 163. Avend. in dictionario verbo, fuerça, de qua quæst. vide latè q. p. c. 7. à n. 51. cum segg.

95 Debitori autem cui judex jubet solvere debitum minus legitime personæ, quia cum tunc minimè liberetur, & tot, hic fit præjudicium justis & irreparabilis, appellationem ab eo omnes permittunt; ut videre est ex his quæ latè in unum congregit Greg. Lop. in l. 4. tit. 14. p. 5. gl. 4. & ultra Azeved. & Didacum Perez supra Guierrez practi q. lib. 1. q. 113. & per Parla. lib. 2. rerum quot. c. fin. §. p. §. 17. à n. 7. quando autem ad appellandum ipse debitor coactus necessariè teneatur, ut se liberet, eosdem Doctores lege, & quod ab hac compulsionem, puta quando judex debet debitori solvere debitum minori sine curatore, tanquam legitimum gravamine liceat appellare, probat l. air prætor, §. permittitur, ibi, nisi forte quasi adversus injuriam appellandum quis ei putet, & c. si de minor. circa quam vide latè per DD. scitatos & præcipuè Greg. Lop. in d. gl. 3. & de hoc articulo latius dixi, post plurimos q. p. c. 7. ad n. 151. cum segg.

CAPUT XVII.

A judice, cui à superiore appellationis semel causa (etiam tacite) remissa est, ad ulteriorem procedente in causa principali, appellationi emissæ, vis an fiat haud deferendo, ubi an hodie stante Tridentini decreto, attribuent primam instantiam ordinariis; superior an valeat articulum committere cum clausula (una cum toto negotio principali) (quam & quas) & similibus.

SUMMARIUM.

- 1 Causa in prima instantia in aliquibus casibus jure communi Metropolitanis & Nuntiis est permissa.
- 2 Causæ omnes in prima instantia sunt tractandæ coram ordinariis, nec superiores possunt adiri, nisi per legitimum appellationem, ex Trid.
- 3 Causa ubi in prima instantia avocatur ab ordinario, casus violentie est legitimus.
- 4 Jurisdictionis defectus insanabilis, præstat causam appellandi.
- 5 Causa in prima instantia quando per superiorem tractatur violentie decreti tertium genus datur in Sententia.
- 6 Judicem ordinarium Ecclesiasticum ex quibus rationibus dici.
- 7 Superior ad quem declarans bene appellatum, & revocato gravamine an possit causam in prima instantia retinere, vel remittere ordinario.
- 8 Gravamine justificato per superiorem invento potest causam retinere, aliter autem remittit inferiori.
- 9 Causa non devoluta vel malè appellata statim reddit ad primum judicem.
- 10 Delegatus super gravamine incidente in prima instantia cum, an possit se introumittere in negotio principali, quomodolibet gravamen declaret.
- 11 Appellatio limitata ab uno articulo separato, non devolvit totam causam.

- 12 Delegatus quando possit de causa principali se introumittere.
- 13 Rescriptum interpretatur secundum jus.
- 14 De causa principali potest superior cognoscere, si à gravamine legitime appellatum reperitur.
- 15 Causæ gravaminis appellatio quando committitur cum clausula (una cum toto negotio, quom & quas, &c.) operatur indistinctè principalis negotii retentionem.
- 16 Causa principali quando committi videtur æquè principaliter cum causa gravaminis, potest de ea cognoscere delegatus quomodolibet, secus si accessorie.
- 17 A remissione negotii principalis facta per superiorem inferiori appellatio non suspendit, quominus interrim inferior queat validè procedere.
- 18 Etiam si judex inferior fuisset inhibitus, quia per remissionem totum amovetur impedimentum.
- 19 Causa statim reddit ad inferiorem, ubi superior declaratur, non esse devolutam, vel malè appellatam. Et tunc virtus inhibitionis etiam expirat, ibid.
- 20 Remissio tacite facta idem operatur quod expressa.
- 21 Etiam si ad sit inhibito.
- 22 Etiam si ad sit deserto.
- 23 Remissio expressa non est necessaria, quando judex à quo non detulit appellationi, & segg.
- 24 Inhibitio accessoria, & ex causa appellationis tollitur sublata appellatione.
- 25 Absque remissione expressa inferior non potest procedere in causa, si appellationi detulerat.
- 26 Processus judicis à quo pendente appellatione à remissione tacita, vel expressa pendit à futuro eventu.
- 27 Ab inhibitionis moderatione per quam remittitur causa alteri judici, appellatio non admittitur.
- 28 Inhibitione expedita per superiorem cognoscentem de appellatione à tacita, vel expressa remissione causæ, inferior non potest interim validè procedere.
- 29 Trid. n. sess. 24. de reform. c. 20. concedens in prima instantia cognitionem superiori ob negligentiam ordinarij ipse prius requisito, declaratur.
- 30 Motivatio trina an unica sufficiat, ut negligentia inferioris arguatur.
- 31 A tarditate & negligentia judicis in administranda justitia appellationi esse deferendum.
- 32 Negligentia & tarditatis gravamen post appellationem an inferior possit revocare.
- 33 Causa in prima instantia etiam per Sedem Apostolicam committitur ordinario.
- 34 Causæ prima instantia in beneficiis reservatis tractantur in Romana Curia.
- 35 Causa in prima instantia an possit per superiorem agi, si per judicem seu partium cavillationes, aut qualitatem causæ stetit, quominus intra terminum Concilii terminetur.
- 36 Clausula (quam & quas) ejusdem nature & efficacitæ est, cujus clausula (una cum toto negotio, &c.) & qui de his clausulis sint videndi.
- 37 Et idem est de clausula (cum omnibus suis incidentibus, dependentibus, & emergentibus, annexis, & connexis) de cujus materia qui videndi.

Cum Legatis, Nuntiis, Metropolitanis, & aliis superioribus judicibus à jure fit communi in prima instantia multoties cognitio permilla, eorumque (ordinariis ommissis) pariter fit subditis inhibito concessa, sive per viam appellationis, sive querelæ avocationisve, ut notatur communiter per glossam & Doctores in cap. 1. ex toto tit. de off. legati in decretal. & in 6. exactè etiam per Doctorem Sahagum in explicatione horum titularum de offic. legati à princ. ubi multa refert, Covar. in practi. q. c. 9. à princ.

Sed hæc ita receptissima fuere usque ad novissimum sacri Concilii Tridentini decretum, in quo sess. 14. de reform. cap. 20. interdictum est omnibus superioribus,